

Beatis Manibus  
*Ampliss. Consultiss. & Doctiss.*  
VIRI  
Dn.  
**M. LEONHARTI**  
**BAUDISII,**

Scholarum  
primum Lubenens. R E C T.  
deinde Lignicens. PRO-RECT.  
tandem  
Senatus ibidem Adfessoris  
solertissimi,  
dignissimi,  
opt. meriti,  
S S.

*Securus morte est, qui scit se morte renasci;  
Mors et non dicit, sed nova vita potest.*

Litteris  
**MICHAELIS KOCHII**  
Francof. March.  
ANNO  
C I O I O C XXXIX.

**B**AUDISIUS scholico se pulvere librat in  
auram.  
Ætheream. O late cambia lauta Schola!  
Venti nō turbat in vertice montis Olympi,  
Schemata, depinxit qua geometra manu:  
Nec sterilis cathedra, nec quas fert Curia, arena,  
Turbida, BAUDISI, te violare queunt.  
Macte beatifico ducturus secula Olympo, &  
Semper mansura festa quietis age!  
At Tu, NATE, Pium virtute imitare Parentem,  
Et Te sceptra schola & civica sceptra manent!

Tobias Magirus Acad. Viadrinæ Prof. & t. t. Rector.

*Ogenwida.*  
**E**Heu quam durum memoras & triste, Celichi,  
Fatum, quo Patriæ stella corusca cadit!  
Teputo, BAUDISI, quem sum complexus amore  
Tanto, vix quantum lingvare referre potest.  
Imò tuus mihi testis erit Germanus, in orbe  
Suave Ducis Lygij corq; decusq; cluens.  
Nemo magis, quam Tu, caluit Virtutis amore;  
Exemplar verum Tu probitatis eras.  
Quid de salvifica dicam Pietatis amore?  
Na Tibi nil potius Religione fuit.  
Te commendasti Musarum divite fructu,  
Quo poteras summos anticipare Viros.

Paucis:

Paucis: Antiquâ Virtute Fideq; fuisti  
Vir, quod testantur Curia, Templa, Scholæ.  
Ettamen haud possunt vita producere filia  
Virtutes, Pietas, Musa, Fidesq; tua.  
Scilicet absorbet ceu nigra vorago carinam;  
Abripit & subito sic mala Parca Bonos.  
O Fatum durum! Sed nunc novat tempora vivis;  
Vivis in orbe soli, vivis in orbe Poli.  
Vivis in orbe soli, præclaro Nominé: vives  
Dùm Virtus, Pietas, Musa, Fidesq; vigent.  
Vivis in orbe Poli, jam jam miser esse veteris,  
Nam tua mors non mors, sed medicina mali.  
Nascendo morimur; moriendo vita paratur,  
Mors fuit ad vitam janua certa Tibi.  
Indumenta tuæ carnis, Leonharde, relinquis;  
Ast mens jam in cælis nescia mortis agit.  
Ergo quiescat edax luctus, dum reddere Vitam  
Virtutes, Pietas, Musa, Fidesq; valent.

Scripta à  
Balthasar Fünstero D.

**I**N terris anceps quod sit fortuna, Beati  
BAUDIS I factio mors inopina probat.  
Pensum dum firmo vita deducere gressu  
Pertentat, subito stamina Parca secat.  
Concidit in punto: mens arcem deserit, artus  
Frigent, fulera ruunt corporis, umbra manet.

A 2

Ofra.

O fragiles hominum sortes! quid tempora nostra  
In mundo vita sunt? DOLOR atq; LABOR.  
Per varios sortis casus, per mille pericula  
Mortuus intravit limina mente poli.  
Pace quiescat humo Corpus, fac C H R I S T E Redemptor,  
Surgat in extremo stellano novella die.  
**A**t Tu BAUDIS I soboles suspende querelas,  
Terrenum Patrem non revocare licet.  
Lex sancita mori: merces justissima mors est  
Peccato, serò, seu citò, certa venit.  
Constanter calidis precibus confide supremo  
PATRI, Te nullo deseret ILLE modo.

Melchior Polisius Med. Doct.  
& in Acad. Viad. Prof. Publ.

**F**Lebilis indignos Elegēia solvito crines,  
Et lamentanti ferta fidelis opem.  
Fle Pictas, fle sancta Fides, fle Candida Virtus  
Et Musæ querulum nunc iterate melos.  
Insuetum doctus meditetur carmen Apollo,  
Et lyra Thrëicii tristia Vatis amet.  
**O**Ligium, potes hoc sub casu mittere fletus?  
Nec, qua circumstent undiq; damna, vides?  
Flete Patres Patriæ, & generosa Corona Virorum,  
Audiat ut miseros ad sita terra sonos.  
Et Schola, Pierium sedes genuina sororum  
Lugubri magnum tegmine cincta gemat.

Ad

Ad meritum cunctos non adsperranda dolorem  
Causa vocet, stimuli quos Pietatis agunt.  
Nam cecidit, cecidit lethali vulnere lesa  
Magna Senatorum portio, & Urbis Amor.  
**A**b cecidit, cecidit, quo civis stante salutem  
Cepit, & afflito tempore sensit opem,  
Quo vivente suos sparsit Schola vivida flores,  
Unde habuit doctos Slesiatota viros,  
Cujus ob eximias animi latatus Apollo  
Dotes, & Charitum gestiūt inde chorus,  
Inde sacra seruo redimitus tempora Laurūs,  
Inde tulit meritis præmia digna suis.  
**A**b cecidit, cecidit veræ Pietatis Amator;  
Antiquam coluit corde tenace Fidem.  
Heu cecidit, cecidit! Tantum cecidisse dolendum est  
Ergò virum. Quantum heu hoc cecidisse fuit!  
At quidego? Immanis nequicquam pectora fletus  
Rumpit, & immensus distrahit ossa dolor.  
Nam (scelus ô!) rapuit crudelis Parca Parentem  
Quo mihi nec vitæ charior aura fuit.  
**A**brapuit, rapuit crudelis Parca Parentem,  
Qui solus Tutor, Spes mihi sola fuit.  
En ego tantum unquam poteram sperare dolorem?  
Detanto poterat mens monuisse malo?  
Sic est. Cum terris patrijs, Laribusq; relictis  
Appeterem Musas, Marchia diva, Tuas:  
Heic, ubi vitiferos allabitur Oder a colles,  
Et stant Aonia culta Lycaen Dea,

Sape

Sapè metu memini totos me condere Soles,  
Sapè habuit frigus corpora, sapè calor.  
Quid quod & in somnis monuit me pluria Morpheus?  
Morpheus, dans dubiis sapè futura notis.  
Nam (liceat triste ad Patris deponere bustum  
Omnia, nativus qua mihi dictat amor)  
Cum placida fessus laxâsem membra quieti,  
Terrebant animum talia visa meum:  
Lubricus ad plumas immensis volvitur anguis  
Oribus, atq; meum vult petuisse thorum,  
Et septem gyros, septena volumina ducit,  
Sævaq; flammiferâ fauce venena vomit,  
Ardentesq; oculos suffectus sanguine & igni  
Torquet, & in tenebris lingua trisulca micat.  
Jamq; thorum adscendit, partesq; inquirit in omnes,  
Quà noceant calci dira venena mea.  
Nec mora, dat vulnus, virusq; in corpore linquit,  
Insequitur sanguis, consequiturq; dolor.  
Hinc mihi dum lacrumis vultus atq; ora rigantur,  
Excitor, atq; oculos nox erat antè meos.  
Tunc verò incuras animus diducitur omnes,  
Quid sibi, perpendo, somnia visa velint.  
Ab quoties dixi: Qua mentem insomnia terrent,  
Indoctam doceas, Jova benigne, meam.  
Multam mihi impendent, impendent damna misello,  
Non frustra tantus concutit ossa metus.  
O adsis, placidusq; juves, quodcunq; ferendum est,  
Ofac, fac, forti mente feram omne malum.

Nor

Non est, hoc certum, parvires ponderis ista,  
Certum est, eventus somnia habere suos.  
Quod dictum, factum: Vix, ab vix tertia lustrat  
Aurora infausto lumine cincta solum,  
Continuò ignotas pennata allabitur oras,  
Et ruit in nostram nuntia fama domum,  
Fama, ferens celeres mihi nuntia dira per auras,  
Commemorans charifunera mœsta Patris.  
Heu mihi, qualis erat discenti talia sensus!  
Ardentes lacrums immaduere gena,  
Et miseram ancipiti mentem formidine pressus  
Obstupui, desit vox, steteruntq; coma.  
Hinc primum didici, quid somnia visa notarent,  
Hinc didici tantis rebus habere fidem.  
Quamvis sint alias hostis mala signa futuri,  
Sunt tamen & lucis signa sinistra mei.  
Ut Draco Lernais visus nocuisse venenis;  
Sic nocuit dirâ cuspidi Parca mihi;  
Ille tulit nudâ lethalia vulnera plantæ;  
Hac etiam cordis parcere dura mei,  
Dum, mihi qui potior fuit ipso pectore, pro quo  
Non renui quævis damna subire, necat.  
O perchare Pater, nostræ Spes una Juventæ,  
O Pater, o vita regula sola meæ,  
Sicne Tuam sobolem, terras exosé, relinquis?  
Siccine labentis est Tibi cura domus?  
Non discedenti promissum tale dedisti;  
Non hoc monstrarunt verba suprema mihi.

*Ah mihi si tantum misero data copia Nato  
Extremum tremulâ dicere voce Vale!  
Quid nunc orbus agā? Quid primūm conquerar orbus?  
Nescio; nam sine Te consilium omne perit.  
Quin moriartecum: sic, sic Pietatis honores  
Poscunt, poscit Amor, poscit & ipsa Fides.  
Ah moriar, tædet cali convexa tueri;  
Cur vivam, Vitæ cum Pater auctor abest?  
Mors optata Tu me primum absume veneno,  
Me pete, cuncta in me nunc tuatela jace.  
Salve Terra parens, dum fata dolorq; sinebant  
Vixi, ô hasce meas accipe reliquias.  
Sic benè, sic lateri conjungar ritè Parentis,  
Sic benè, sic tellus conteget una duos.*

LESSUS

f. à Filio natu Majore  
in Acad. Viadrinâ March. Th. Stud.

*E* Heu, BAUDIS! Virtus jam morte sepulta est,  
Interij Ligij magna columna Forti.  
Eheu, BAUDIS! Probitas Doctrinaq; victa est,  
Interij Ligij magna columna Chori.  
Eheu, BAUDIS! Sapientia vivida desIt,  
Interij Ligij magna columna ThorI.  
Sed quid cum gemitu mihi, quid cum fletibus, omnes  
Fletus & gemitus vicit in arce poli  
BAUDIS! Virtus; nunc mens in sede beatâ  
Vivit multimodis accumulata bonis.

Cunradus Schöbelius.